Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Dominica prima adventus dō

AD te levavi aiam meam deus meus in te confido nō erubescam neq; irridant me inimici mei etenim universi qui te exspectant nō confundēt vias tuas dne de monstra mihi et semitas tuas edoce me Gloria in excelsis deo non dicitur. Oratio

Excita dne quesumus potentiam tuam et veni ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur prevenente eripi te liberante salvari. Qui cum dō ad romanos 13

FRATRES scientes quia hora est iam nos de somno surgere Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus Nox precessit dies autem appropinquavit abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicitiis non in contentione et emulatione sed induimini dnm ihm xpm. GRĒ Universi qui te exspectant non confundentur dne V Vias tuas dne demonstra mihi et semitas tuas edoce me Alleluia V Ostende nobis dne misericordiam tuam et salutare tuum da nobis Secundum Matheum 21

In illo tpe Cum appropinquasset ihs hierosolimis et venisset bethphage ad montem oliveti tunc misit duos discipulos dicens eis ite in castellum quod